Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8391
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

q solus sit qui non solum ab estu
refrigerat vitiorum sed et replet
delectacione virtutum. Sub umbra
illius quem desideraveram sedi.
Umbra eius caro eius, umbra
eius fides. Marie obumbravit
virtus altissimi filii caro, nobis domini fides. Que
et nobis est et quod obumbrat caro
qui in misterio manducamus eam.
Et scita mehelominus vinctio fidei et
ipsa experta est umbra cum di
ctum est. Et beata que credidisti
sub umbra eius que dicta sit tibi.
Et propheta. Spiritus inquit ante faciem
nostram xpus dominus, in umbra eius
vivimus inter gentes. In um
bra in gentibus in luce cum an
gelis. In umbra sumus quamdiu
per fidem ambulamus et non
per speciem. Et ideo iustus in um
bra qui ex fide vivit. At qui
vivit ex intellectu beatus est, quia
non in umbra iam sed in lu
mine. Iustus erat David et ex
fide vivebat cum dicebat deo.
Da in intellectum et vivam. Sciens
successurum fidei intellectum, intel
lectui revelandum lumen vite
et vitam luminis. Prius est ve
nire ad umbram et ita ad id
cuius umbra est pertransire.
Enim nisi credideritis aut non
intelligetis. Vides fidem et vi
tam esse, et vite umbram. Nam

b.

e regione vita in deliciis agens
qui non est ex fide et mors est
et umbra mortis. Que enim in
quit vidua in deliciis est, vivens
mortua est. Denique sapientia carnis
mors est. Sed et mortis illius
est umbra scilicet que ducitur
in eternum. Sedimus et nos
aliquando in tenebrosis et umbra
mortis carnalis conversantes
et non ex fide viventes, mortui
iam quidem iustitie, a morte
vero secunda paulominus absorbendi.
Quantum etenim umbra prope
est corpori cuius est umbra, tantum
pro certo vita illa mea infer
no appropinquavit. Denique nisi
quia dominus adiuvit me, paulo
minus habitasset in inferno anima
mea. Nunc autem de umbra mor
tis ad vite transivimus umbram,
magis autem translati sumus
de morte in vitam in hac umbra
viventes, si tamen viventes
et non mortui. Nec enim reor
continuo ut qui in umbra eius
fuerit quod vivat in ea, quia non
plane omnis qui fidem habet
ex fide vivit. Nam fides sine
operibus mortua est. Nec potest
dare vitam quam minime ipsa
habuerit. Ideo propheta cum dixisset
Spiritus ante faciem meam xpus
dominus, non contentus fuit sequi